



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-527394-p0001-1

DFG



956.
1698 131
GOTHOFREDI ANTONII, IC.
DISPV TATIO FEVDALIS XI

QVIBVS MO- DISFEVDVM AMITATVR,

Cum Corollaris ex Iure Publico,
Quam adductum Institut. Per-Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE
IO. SAMVELESTRYKIO
I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. XVII. Decemb. A. O. R. MDC XCIIX

Placidæ disquisitioni publicæ submittit

IOANNES IACOBVS Ranter/
Cassel. Hassus.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.





COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz

Lib. II. Tit. 3.& seq.

I.

Principes in territoriis suis iuri ciuili derogare possunt, quatenus res concernit subditos, non extraneos.

2. Ius Comitiorum prouincialium, seu votum & sessionem ibi habendi, non personale, sed reale est, & ex qualitate prædiorum, quæ quisque possidet, dependet.

3. Ius Wildfangiatus Palatino competens ex speciali priuilegio dependet, hinc alii Principes, vi superioris territorialis simile quippiam sibi arrogare nequeunt.

4. Ius instituendi Scabinatum a superioritate territoriali dependet; Responsorum tamen auctoritas se ultra territorium non extendit, nisi Scabini Doctoris gradum obtinuerint; Hoc vero destituti, vix est ut Scabini esse queant.

5. Ius de non appellando non omnibus Imperii Statibus competit, non tamen dubitamus pacto Principis & Statuum prouincialium aliud beneficium appellationis loco induci, & ita per indirectum appellationi ad Imperatorem derogari posse; Est enim beneficium appellationis renunciabile.

6. Iuramenta legitime præstata super negotio honesto, relaxare nec Papa nec Princeps potest. Quatenus tamen delictum subest in persona exigentis, eatenus in pœnam

pœnam improbi exactoris, a Principe effectus iuramenti recte tollitur.

7. Copias in Archiuo Principis repertas vim originalis habere, vulgo statuunt; Sed sc̄epius & ipsa Archiuia fallere constat, cum illa cautio, qnæ in scripturis Archiuo custodiendis necessaria, rarissime adhibeatur.

8. Ius constituendi mensuras cuius territorii Dominio competit; Sed ad næuos seculi pertinet, quod, non dicam in Imperio, sed ne quidem in vno Principatu, identitas mensurarum & ponderum recepta fuerit.

9. Ius constituendi collegia opificum, ad superioritatem territorialem pertinet, sed consultius forte esset, ista collegia plane tollere.

10. Merum Imperium an hodie mandari possit, prolixè disputant. Sed vendi illud, imo locari posse cum feudo, experientia testis est. Cur ergo nec illi mandari possit, cui totius feudi & iurium connexorum administratio mandata.

11. Distinctio in altam & bassam iurisdictionem non conueni principiis Romani Iuris, ubi & delictorum minorum vindicta ad iudicem criminalem pertinet; unde certum est, pinguiorem esse apud Germanos iurisdictionem bassam, quam mixtum Imperium apud Romanos.

12. Principem priuilegia quæ ex gratia concessit pro lubitu reuocare posse, vulgo asseritur, quod si clausulam beneplaciti addiderit, concedo, alias nego; ne sub titulo gratiosi beneficii fallantur subditi.

13. Dispensandi potestas limites humani iuris exceedere, & ad præcepta diuina se extendere non debet. Vnde in crimine Maiestatis læsæ locum dispensationi facio, non in homicidio, vt ut hoc in duello commissum.

(o)

DISPVTATIO FEVDALIS XI.
QVIBUS MODIS FEVDVM AMIT-
TATVR.

THESIS PRIMA.

Fudum legitime acquisitum non nisi iusta causa a-
mittitur *a*, amittitur autem vel culpa *b*, quæ consistit
tum in committendo, tum omittendo *c*, & Felonia di-
citur *d*, vel citra culpam *e*: & proprietas ex parte Domini
iisdem modis *f*.

a) Adeo ut ne quidem Imperator illud ex plenitudine potestatis adi-
mere possit, siue ius diuinum spectemus, *3. Reg. 21. iunct. 4. Reg. 9. Et 10. E-*
zech. 46. vers. 18. siue ciuile, *l. 3. C. de resc. vend. l. 1. Et 5. ff. de natalib. restit.*
arg. l. Papinianus 8. §. 2. ff. de inoff. test. siue etiam feudale, l. F. 7. vide Hart.
Pist. 2. quest. 40. num. 40. Et seqq. Treutl. vol. I. disp. 6. th. 2. lit. a.

b) Vbi latiori significatione & scelera dolo perpetrata & latam cul-
pam intelligimus, cum Henr. Rosenth. *c. 10. conclus. 6. Et 25. l. e. Et concl. 69.*
in fin. Niel. disp. feud. 8. th. 1. l. b. confer 2. F. tit. 23. princ. vers. de illatamen.
tit. 24. §. præterea. §. item si delator, §. denig. vers. si vero.

c) Rosent. *c. 10. concl. 1. Vult. I. feud. c. II. n. 16. Gœdd. ad l. 213. §. 2. de*
V. S. l. F. 17. ibi vel similes culpas, Et c. Bocer. clas. 4. disp. 17. th. 7. Niel. d.
disp. feu. 8. th. n. 1. d.

d) *2. F. 26. §. Domine, Et t. 47.* cui vocabulo varias Grammaticas no-
tationes affinxerunt Interpp. teste Vult. *d. c. II. n. 17.* Quidam enim a fallo,
quidam a Græco Φύλωμα deducunt, vt Borch. & Cuiac. Ego cum Spiegelio
barbarum esse nomen magis dixerim, & in Longo bardorum labris ortum,
præsertim cum his idem significet quod Latinis scelus, Germanis ein Schel-
menstück / testante Hotom. in Lexico. [Conf. Struv. *c. 15. th. 8.* vbi varias
vocis explicationes exhibet. Cui addatur Dn. Coccei. in Hypomem. Iur. feud.
tit. 8. §. 2.]

e) De quo amissionis modo vide thesin vlt. Gœdd. *disp. feud. 9. th. 1.*
Et in manuscripto tract. feudali c. 9. conclus. 1. Sonsbec. p. 12. n. 1. Et 2. Borch.
tract. feudal. c. 8. Illud notandum, hoc casu feudum proprie non amitti,
sed finiri, vt subtiliter distinguit Paul. *3. sent. 6.* inter hæc duo, amittere v-
sum fructum, & finiri vsum fructum, quamvis cum dere constat, hac curi-
osa distinctione non putem esse opus, cum Conrad. Rittershus. *part. feud.*

lib. 2. c. 5. num. 1. præsertim cum & Imperat. hoc facere neglexerit, in §. finitur. Inst. de usi fruct. [Conf. Ludwel. Syn. p. 324.]

f) 2. F. 26. §. Domino committente, & tit. 47. siue feudum nouum sit, siue antiquum, Rosenth. c. 11. concl. 70. debet enim fideli suo vicem reddere 2. F. 6. § vlt. cum habeatur ut coniunx, 2. F. 58. & dispositum de uno correlatiuorum, etiam de altero intelligi debeat, arg. l. fin. C. de indict. vid. toll.

II.

Culpa quæ in committendo consistit, perpetratur vel in Dominum; quod fit aut directo, puta, si ipie offendatur, vel per consequentiam, veluti si personæ potestati affectuive eius subiectæ, aut res lædantur; vel in extraneum a, & quia eiusmodi culpæ seu delicta facti sunt, certa regula numeroue comprehendi nequeunt b.

a) 2. F. 24. denique & 37. Vult. d. c. n. 18. Henr. Bocer. dict. disp. 17. th. 9. & 10. Conrad. Rittersh. d. t. num. 4.

b) 2. F. 24. §. 2. l. non possunt omnes. 13. de LL. Duaren. in comm. feud. c. 14. n. 24. Curt. iun. p. 4. n. 80. circ. f. Nicol. Moz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 120. Ludolph. Schrader. tr. feud. part. 9. c. 10. Rosenth. d. cap. 10. concl. 7. Hotom. disp. feud. c. 41. Vult. d. c. 11. n. 14. Et quam infeliciter multi Dd. laborauerint in certa causarum determinatione constituenda, vide Rittersh. d. c. 5. n. 2. ideoque secundum Vdalricum Zasium part. 10. n. 65. & in paratit. ff. d. LL. n. 10. iudex in dubio magis ad absoluendum, quam condemnandum proliuis esse debet, l. factum. 55. §. in pœnalibus. de R. I. & ibi Decius. cap. in pœnis. 49. ibique Dyn. & Peter. Peck. de R. I. in 6. Confer tres elegantes Rittershusii admonitiones, d. c. n. 4.

III.

Directo offendit Dominum, veluti si eum occidat a, pulset, vulneret b, verbis iniuriose lædat c, cum inimicis eius arietiam contrahat d, delator eius existat e, secreto sibi creditum dolo & proposito malo effutiat f, feudumue inficietur g.

a) Quocunque modo, gladio, an veneno, aut aliter, nihil interest, 2. F. 6. vers. incolum. & 7. vers. Ego iuro, ibi, quod tu amittas vitam vel mem- brum aliquod. & 24. § porro si dominum. 51. §. si voluerit. Conatus autem in effectum non productus non punitur, modo sua sponte pœnitentia ductus ab incepto destiterit. d. §. si voluerit. vbi Schenck. Baro. Henric. Rosent. d. s.

Quibus modis feudum amittatur.

283

d. c. 10. conclus. 22. & 23. late Hottom. ad d. §. si voluerit. Borch. d. c. 8. n. 93.
94. vide Cuiac 15. obs. 25. & 8. obs. 22. Gothofr. in l. 18. de pæn. Menoch. de
arbit. iud. quest. libr. 2. cas. 360. [Ludwel p. 326.] nisi defensionis gratia, cum
aliter periculum effugere non posset, id fecerit, l. vt vim. 3. de I. & 1. 14. l.
scientia 45. §. qui cum aliter, ad L. Aquil. l. 1. §. vim vi, & vi arm. l. 1. C. vnd.
vi. l. 2. 3. 4. C. ad L. Cornel. de sc. c. significasti. extr. de homicid. vide de tota
defensionis materia Zoanett. Romul. Iacob. Nouel. Fortun. Gars. Mar. Sa-
lomon. quibus adde elegantissimas prælectiones, Goedd. ad d. l. 3. de I. & I.
prolixe Ludolph. Schrader. p. 9. c. 4. n. 54. qui & hanc exceptionem addit, si
vasallus Dominum in adulterio vxoris suæ deprehensum occiderit, d. c. 4.
n. 92. [Ludwel p. 327.]

b) 2. F. 24. §. porro, ibi, graues & in honestas (ita Feudista quamuis iniu-
tia nulla honesta sit) iniurias intulerit, fac. forma fidelitatis 2. F. 7. ibi, quod
tu recipias in persona tua aliquam læsionem, Vult. d. c. 11. n. 25. Goedd. d. disp.
9. th. 6. in fin. & in d. manuscript. tract. c. 9. concl. 2. Nam & ob hanc causam
donatio reuocatur, l. fin. C. de reuoc. don. & vxor repudiatur, l. consensu. C.
d. repud. & filius exheredatur, N. 115. cap. 3. vnde autem leuitas vel grauitas.
æstimanda sit, Iudici committimus, vide §. atrox. Inst. de iniur. Vult. d. c. n. 26.
Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 26. [si manum tantum leuauerit quasi
percussurus: quod delictum adenatio vocatur Ludwel d. p. 327.]

c) d. t. 6. vers. Honest. & t. 7. vers. Ego iuro, ibi, vel iniuriam vel con-
tumeliam, vel quod amittas honorem, 2. F. 24. § porro si Dominum, ibi, vel
graues vel in honestas iniurias, Vult. d. num. 26. Goed. d. conclus. 2. Niell.
disp. feud. 8. th. 5. l. a.

d) Modo id fiat in perniciem Domini, 2. F. 57. l. liberi. vers. si tamen
mater. C. de inoff. testam. l. 1. §. cum patronus in fin de off. pref. vrb. Schrad.
part. 9. cap. 5. n. 23. & seqq. [Iterus de feud. Imp. c. 24. §. 4. Struv. c. 15. th.
9. num. 3.] Sed cui in dubio incumbet probatio, amicitiam in perniciem Do-
mini factam esse aut non esse? Dominus probabit hanc amicitiam sui spe-
ctare iniuriam, Henr. Rosenth. d. c. concl. 27. vbi vide plures alleg [Lud-
wel p. 328.] dissentit. Matth. de Afflict. ad d. tit. 24. §. porro. n. 21. Zaf. part.
10. n. 32. Socin. Iun. consil. 134. n. 36. lib. 3. Menoch. consil. 102. n. II. & 12. lib. 1.
confer. Borch. d. cap. 8. n. 121. vbi scite & eleganter multa tradit de præ sum-
ptionibus quæ ex prauo sodalitio aduersus aliquem existunt, & Rittershus.
d. c. 5. n. 12.

e) Vnde graue damnum Domino datum sit, 2. F. 24. §. item si delator,
vbi recte Sonsbec. p. 12. n. 46. notat, non intelligi accusatorem per N. 115. cap.

Nn 2

3. §. si



3. §. si delator. Vult. d. c. II. n. 27. Rittershus. d. c. 5. n. 19.

f) Quod est credentiam manifestare, i. F. 17. 2. F. 5. ibi, nec id quod mibi, &c. tit. 6. ver. Tutum. tit. 7. ibi, & si aliquid mibi, &c. Afflict. in c. I. de form. fidel. Borch. d. cap. 8. n. 126. Crauet. conf. 224. n. 6. Cœpol. conf. 39. n. 29. Vult. d. c. n. 21. cum alleg. Goedd. d. disp. th. 6. l. b. Quid si doloso proposito euentus damnosus non respondeat, an nihilominus amittitur feudum? Omnino; arg. l. diuus. 14. ad l. Corn. de sicut. l. quoniam nulla. 6. C. ad l. Corn. devi publ. l. 53. de furt. Schrad. d. p. 9. cap. 5. n. 52. Borch. d. c. 8. n. 126. Rittersh. d. c. 5. n. 22. Diff. Wesemb. cap. 15. n. 6. Zaf. d. c. 10. n. 34. Sonsbec. part. 12. n. 62. & alii quos allegat Rosenth. d. c. 10. conclus. 60. In dubio autem vasellus probabit dolum a se abfuisse, l. i. vbi omnes Dd. C. ad l. Corn. de sicut. Roland. a Vall. conf. 52. n. 33. vol. 8. Crauett. conf. 2. n. 12. libr. 1. Quid si literas Domini resignauit? iuste feudo priuabitur, vide. Rittershus. d. c. 5. n. 24. [Conf. Dn. Parens. in Diff. de credentiæ reuelatione quæ extat in vol. III. dispp.]

g) 2. F. 26. §. vasallus si feudum. & §. vasallus feudum. tit. 34. §. vlt. siue in iudicio, siue extra iudicium, Cuiac. libr. 3. feud. ad tit. 5. Quod si partem tantum aliquam neget, parte etiam multatur, Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 6. Cuiac. ad d. tit. 5. [Struv. c. 15. th. 9. n. 7.] Quid si dubius Domino quærenti responderit nescio? Retinet feudum, 2. F. 26. §. vasallus feudum. tit. 34. §. vlt. An etiam si instrumentum inuestituræ abneget, priuabitur feudo? Sic puto, modo de feudi conditionibus aliunde constare nequeat; Schr. part. 9. cap. 6. n. 23. & seq. Dissent. Bocer. d. class. 4. dispp. 17. th. 37. Abnegati autem instrumenti licet vasallus alius sit conscientius, id tamen Domino reuelare non tenetur, neque in hoc quicquam facit contra debitam fidelitatem, quamvis hic Zafius iura feudalia inter se dissonare exclamat, d. part. 10. n. 53.

IV.

Item si in causa magna & graui male contra Dominum iudicet *a*; eumue de crimine capitali accuset *b*, aut aliqua aliqua famosa actione *c*, aut interdicto vnde vi *d*, aduersus eum experiatur, testimoniumue contra eum in ciuili non modica, & criminali causa dicat *e*.

a) Ita ut rescissa sit sententia ex iisdem actis in causa appellationis, Zaf. p. 10. n. 47. iunct. n. 50. Curt. p. 4. n. 73. Vult. d. cap. numer. 27. vbi vide plur. alleg. [Modo dolo & fraude id fecerit vasallus. Ludwel. p. 332.]

b) Siue per se, siue per alium, imo si saltem accusatori in iudicio ad fuerit,

fuerit, aut pro eo fideiussor extiterit, arg. text. in l. post legatum, 5. §. sunt qui putant, de his quæ vt indig. l. qui cum maior, 14. §. sed si non accusauerit. ff. de bon. libert. Sonsbec. part. 12. n. 48. Rosenthal. d. cap. 10. conclus. 30. Vult. d. cap. II. n. 27. vbi. plures alleg. vid. Sed nec ad veri criminis accusationem citra feudi amissionem admittitur vasallus, Dyn. ad d. l. qui cum maior, 14. de bon. libert. Curt. iun. p. 4. n. 62. Sonsbec. p. 12. n. 47. quos sequitur Rittershuf. d. cap. 5. n. II. Dissent. glos. Aluarot. & alii. ad tit. 24. §. item si delator, 2. F. per l. ita vulneratus, 51. §. quod si quis ad l. Aquil. & l. eum qui nocentem, princ. de iniur. Excipe crimen læsæ maiestatis, arg. l. famos, 7. §. serui quoque, ad l. Iul. Maiest. N. 115. cap. 3. glos. & Dd. communiter, in d. §. item si delator, Possunt euitare amissionem, si suam suorumque iniuriam persequantur, arg. l. hi tamen, II. de accusat. l. 1. §. interdictum hoc. 42. vers. alter atque si vi. ff. de vi. & vi arm. aut abolitione impetrata deseruerit accusationem, arg. d. l. qui cum maior, 14. §. accusasse autem, de bon. libert. Vult. d. n. 27. Henric. Bocer. d. disput. 17. th. 15. 16. 17. Rittersh. d. c. n. 16. [Conf. Ludwel. p. 329. seq. Struv. d. c. 15. th. 9. n. 4.]

c) 2. F. 22. vers. Curia autem, ibi salua reuerentia, & tit. seq. vers. quomodo enim, Vult. d. n. 27. vbi. vid. alleg. & Dd. quos collegit Rosenth. d. c. 10. conclus. 32. lit. e. nisi prius affectus sit atroci aliqua & reali iniuria, l. 1. §. interdictum hoc, 43. vers. meliusque erit, de vi, & vi arm. l. hi tamen, II. §. 1. de accusat. Wesembec. tract. feud. cap. 10. num. 15. in fin. Rittersh. d. cap. n. 26. [Bona tamen domini arrestare non prohibetur Carpz. p. 1. c. 29. d. 27. n. 3.]

d) Mollo vis fuerit inermis, arg. d. l. 1. §. interdictum hoc, de vi, & vi arm. l. non debet, II. §. 1. de dolo. l. 4. §. aduersus parentes, de dol. & met. except. Zaf. in epitom. feud. part. II. n. 23. & seq. Wesemb. cap. 10. n. 15. Rittersh. d. cap. n. 26. [Rationem decidendi Dd. in eo ponunt, quod hoc famam Dni lædat, sed probandum prius, quod interdictum unde vi infaniet] Diss. Borch. cap. 9. n. 18. Rosenthal. cap. 10. conclus. 32. Mynsing. cent. 4. obser. 91. & consil. 21.

e) 2. F. 33. §. similiter Cuiac. ad tit. 36. 4. feud. Eguin, Baro. lib. 3. de benefic. cap. 3. Vult. d. n. 27. Rittershuf. d. c. 5. n. 17. nisi aut causa feudalis sit, 2. F. 32. & 33. §. quod autem dictum est, aut Iudex reluctantem eum cogat ad dicendum testimonium, l. non videntur data, 167. §. 1. de reg. iur. Rosenth. d. cap. 10. concl. 34. Borcholt. d. cap. 8. n. 128. Vult. d. n. 27. Rittershuf. d. c. n. 18. [Haec tamen & reliquæ causæ minutæ, ad feuda Imperii applicari non possunt cum plus iuris habeant Principes & Status Imp. quam reliqui, minimi vasalli, ut contra Schützium & Sixtinum recte afferit Itterus c. 24. §. 4. in fin.]

V.

Per consequentiam dominus læditur, vbi personis protestari affectuue eius subiectis iniuria infertur, vt si vasalus dominum cucurbet *a*, id est, stuprum domini uxori *b*, filiae aut nepti, ex filio item nurui *c*, matri *d*, sorori *e*, pedissequæ dominæ *f*, quamvis volentibus & consentientibus *g*, inferat aut inferre se exerceat *b*.

a) Francisc. Hottoman. in suo Lexico deducit hoc vocabulum a voce Curbita. Videtur autem Barbarum fontem redolere, præsertim cum in Ll. Longobardicis curbita pro stupro usurpetur. [Conf. Vossius de vit. sermon. l. 4. c. 4. Bitsch. in Comment. ad 1. F. 3. p. 87.] Rationem eius & quasi Logican notationem adducit Rittershusius hanc, quod qui hoc flagitium perpetrare audeat in personas tam coniunctas domino, is eum habeat pro homine inerte, quasi qui pro capite habeat cucurbitam, & peponem loco coridis, vt est proverbum.

b) 1. F. 5. item si fidelis, tit. 21. §. vlt. vers. vel si concubuerit. An & sponsæ? Affirm. vide Cuiac. 6. observ. 16. & 20. cap. 16. & Dd. quos citar Schrad. p. 9. cap. 2. num. 12. & seqq. Baro libr. 3. de benefic. cap. 3. Rittershus. d. cap. 5. n. 102 [Ludw. p. 333.] An & viduæ? Negamus, arg. tit. 21. §. fin. 1 F. Vultei. 1. F. 11. num. 31. vers. quid de vidua, Sonsbec. part 12. num. 16. Schenck. Baro ad d. §. item si fidelis, n. 1. Eguin. Baro libr. 3. de benefic. cap. 3. [Ludwel. p. 336.] Dissen. Clarus 4. sent. §. feudum. q. 48. & in §. stuprum n. 8. Schrad. part. 9. c. 2. n. 5. & seqq. Rosenth. d. c. 10. conclus. 55. Quid si iniusta sit vxor? idem dicendum, modo non injusta sit ratione sanguinis, Vult. d. c. 11. n. 31. Rittershus. d. c. 5. n. 104. Dissen. vide apud Schrader, 1. part. 9. cap. 2. num. 15. [Quod si per iniustam vxorem Autor intelligat Concubinam, contraria sententia haud dubie verior est, per ea quæ tradit Ludw. p. 334. vbi ad contraria respondet.]

c) d. §. idem si fidelis. Zaf. 10. n. 24. Sonsbec. p. 12. n. 26. Borch. d. cap. 8. num. 92. Rosenth. d. cap. 10. conclus. 56.

d) Laudens. d. §. item si fidelis, n. 7. Curt. iun. p. 4. nu. 25. Rosenth. d. cap. 10. conclus. 58. [Ludw. p. 338.] Dissen. Sonsbec. cap. 12. num. 19. Eguin. Baro d. libr. 3. de beneficiis, cap. 3.

e) Modò adhuc sit in domo Domini, d. §. item si fidelis. Secus est in Dominæ sorore, si scilicet Domina sit coniunx, 2. F. 24. §. rursus. [Conf. Struv. c. 15. th. 9. n. 9.]

f) vt

f) vt voluit Rittershus. d. cap. 5. num. 105. arg. l. 15. §. tenetur. §. sequ. §. meminisse, d. injur. Sed contrarium verius videtur, Vultei. i. F. 11. num. 13. vers. vxori, Rosenth. de feud. cap. 10. conclus. 27. num. 41. Andre. de Ifern. & Fried. Schenck. ad § item si fidelis, Curt. iun. part. 4. num. 22. Sonsbec. d. p. 12. n. 22. [Ludw. d. p. 338.]

g) l. i. §. usque adeò. & l. si quis seruum, 26. de iniur. Vult. d. c. n. 31. in fin. Et sentiunt ita communiter Dd. quos citat Schrad. d. p. 9. c. 2. num. 19. Rosenth. d. c. 10. concl. 57.

h) d. §. item si fidelis, l. divus, 14. ad l. Corn. de Sicar. Martin. Laudens. & Iacob. de Beluiso, vers. Quero, si vasall. ad d. §. item si fidelis Curt. iun. p. 4. num. 25. Hottom. disp. feud. 41. Wesenbec. cap. 15. n. 5. Rosenth. d. cap. 10. conclus. 58. Dissent. Schenck. Baro' ad d. §. item si fidelis, aut alicui id facienti opem tulerit, per vulg. iur eleganter Goedd. ad l. saepe ita, §. de verbis. signif. nisi vel ignorans talem esse, vel voluntate domini, fecerit, Curt. p. 4. num. 20. & 29. Rosenth. d. cap. 10. conclus. 58. vide omnino Vult. d. n. 31. in fin. cum alleg. Addo & hoc, nisi corpore palam turpem quæstum faciant, arg. l. si ea 22. l. que adulterium, 29. C. ad l. Iul. de adult. Dissen. Dd. communiter, Andr. de Ifern. Matth. de Afflict. ad d. §. item si fidelis, num. 10. Curt. d. p. 4. num. 23. Schrad. part. 9. cap. 2. num. 19. Rosenth. d. cap. 10. conclus. 57. & alii. Quid si quis postquam se exercuit, desstitutus à proposito, an nihilominus feudo priuabitur? Distinguo: aut poenitentia ductus desstitutus cum potuisse propositum perficere, & non priuabitur, gloss. in d. §. item si fidelis, verb. exercuerit, Zaf p. 10. num. 27. in fin. aut alio impedimento interueniente abstinuit, & tum priuatur, glos. in d. verb. exercuerit, Iacob de Ardz. in epitom. iur. feud. cap. 85. Curt. d. p. 4. n. 25. licet alii aliter distinguant. Illud singulare est in vxore, quod quævis pudicitiae eius attentatio, feudo vasallum priuet, puta, si turpiter ludat cum ea, id est, tangat non tangenda, gloss. & Hottom. ad d. l. item si fidelis. Qui si osculetur? Idem dicimus, modò turpe & luxuriosum fuerit osculum, & consuetudo Regionis non ferat, Frid. Schenk. ad d. §. item si fidelis, num. 2. vide eleganter crudite Borch. d. cap. 8. n. 98. cum seqq. Nielum th. 5. lit. b. hic, Rittershus. d. cap. 5. n. 95. Item si litteris amatoriis, musculisue ad expugnandam eius pudicitiam usus fuerit, Henric. Boc. d. disput. th. 44. [Conf. Ludwel. p. 339. vbi & de osculis clericorum agit, an illa etiam presumantur luxuriosa Conf. Roman. Diff. de Osculo §. 24. & seqq.]

VI.

In rebus læditur Dominus, veluti si feudum dolo malo Vasallus alienet *a*, idque Domino inconsulto *b*, aut insigne detrimentum ei inferat *c*, item si dolo malo Domino, dampnum det in aliis eius rebus, puta munitionibus aut possessionibus *d*, etiam si eas communes habeat cum Domino *e*,

a) 1. F. 5. in f. tit. 21. §. si quis miles, 2. F. 9. pr. tit 24. §. vlt. tit. 26. §. si ea lege Curt. iun. p. 4. n. 81. Zaf. p. 9. num. 26. Borch. d. cap. 8. num. 18. Rosenth. cap. 9. conclus. 2. Vult. d. cap. num. 40. Goed. d. disp. th. 6. l. d. Quod si vasallus excusare se volet, dicendo, se ignorasse feudum esse, deferriri ei debet iuramentum, 2. F. 42. cap. cùm in tua, §. fin. extr. qui matrim. accus. poss. cap. 4. extr. de except. vide Andr. Gail. 2. obs. 48. n. 23. & sequ. Schrad. d. part. 9. cap. 1. num. 45. & seqq. nisi per coniecturas probabile sit eum sciuisse, 2. F. 41. §. vlt. Gail. d. obs. 48. n. 18. & 69. n. 6. Mascard. de prob. vol. 2. conclus. 879. n. 31. & sequ. Tiraquell. tract. de pæn. temp. [caus. 13. n. 30. Quid si dubitauerit esse feudum nec ne? Non amittere putamus, 2. F. 26. §. vasallus feudum, tit. 34. §. vlt. arg. l. manifestissimum, 22. §. sin autem, ibi, nescius & dubitans. C. de furt. l. vlt. C. de condic. indebit. [Dissent Struv. c. 13. th. 9. nu. 3. sed Autoris sententia verior, cum in odiosis interpretatio restriictiu locum habeat.] Quid si alienatum feudum vasallus in continenti recuperet, an nihilominus eo priuandus sit dubium est apud Dd. Nos affirmantium sententiam in puncto iuris verissimam arbitramur, Schrad. p. 9. cap. 1. num. 17. & 18. Rosenth. c. 9. concl. 5. Vult. d. cap. num. 43. Dissent. Andr. de Isern. & Aluarot. ad tit. 44. num. 3. 2. F. Curt. iun. p. 4. n. 104. in fin. quorum sententia non caret æquitate, & suffulta est speciosis rationibus. [Itaq; sequenda, maxime si in continenti feudum recuperet. Ludw. p. 353. Struv. c. 13. th. 12. n. 2.] Quid si famis, nuditatis aut æris alieni compulsus necessitate id alienauerit, an & tum perdet? Omnino. 2. F. 9. vers. Necesitate tit. 55. princ. Habito ergo, ibi, vt nulli liceat, & c. ibi, vel pro anima iudicare, & c. Menoch. 2. arb. iud. quest. cent. 2. cas. 182. num. 1. Roland. a Valle consil. 56. nu. 14. vol. 4. Hartm. Pistor. 1. quest. iur. 15. num. c. Schrad. part. 8. cap. 1. n. 20. Rosenth. cap. 9. conclus. 3. vide supra D. 9. th. 4. lit. a. & ibi not. Ad si hâc ipsâ alienatione conditio Domini melior efficiatur, an nihilominus resoluetur ius feudi? Sic statuo, Barthol. Camerar. in repet. tit. 55. 2. F. Borch. c. 8. n. 78. Dissen. vide apud Petr. Duennas in tract. Regularum Iuris reg. 40. lim. 80. Sive,

Si vero partem tantum alienauerit, partis tantum alienatae facit iacturam,
2.F.38. & 1. F. 21. §. vlt. ibi, beneficium suum vendiderit totum. confer 1. Paulus, 58. ad Sctum Trebell. l. 8. de leg. 1. Curt. iun. p. 4. num. 143. late Schrad. p.
9. cap. 1. num. 55.

b) Ergo si inter alienandum adiecerit illam conditionem: Salvo domini beneplacito, euitare illum feudi priuationem, verius est. Menoch. consil. 38. n. 12. & seq. l. 2. Borcholt. d. cap. 8. n. 82. Rosenth. cap. 9. concl. 98. & 100. Vult. d. cap. 11. num. 44. [Struv. d. c. 13. th. 12. n. 1.] Dissent. Iason. ad l. non solum, 8. §. morte eius, n. 27. de oper. nov. nunc. Alc. resp. 7. 53. n. 1. Decius consil. 160. n. 4. vers. sed ista limitatio. Quid si dominus praesto sit, cum alienatur feendum, nec contradicat, num tacite alienationi consentire videtur? placet affirmatiua, post alias Curt. iun. tract. de feud p. 4. num. 137. Mynsing. cent. 4. obs. 87. Borch. cap. 8. n. 72. Rosenth. d. cap. 9. conclus. 31. Vult. d. cap. n. 45. Fachin. 7. controv. c. 80. [Modo domini consensum prius implorauerit vasillus, & postea dominus sciuerit alienationem & tacuerit; alias sola scientia vix sufficit. Struv. d. c. 13. th. 2. n. 1. iuncta th. 7. n. 4.] Dissent. acriter Henr. Bocer. d. disp. 17. th. 88. Sed an dominus vasallo feendum alienare volenti etiam inuitus assensum suum praebere cogitur? Neg. cum Schrader. d. p. 8. c. 1. num. 21. Dissent. Dd. communiter, Iul. Clar. in §. feendum, quest. 31. num. II. Wurmb. obs. pract. tit. 50. Menoch. 2. arb. iud. quest. cent. 2. cap. 182. num. II. Borch. d. cap. 8. n. 70. Habent autem haec quæ de alienatione diximus, has exceptiones. (1) Si vasillus feendum acceperit pro se & quibus ipse dederit. 2.F.48. iunct. §. pen. & ibi gloss. tit. 26. Iul. Clar. in d. §. quest. 31. n. 8. Fachin. 7. contr. 82. (2) Si loci consuetudo id permittat, Clar. d. loc. n. 12. [vide supra D. 9. th. 4. lit. c. & f.]

c) 2.F.24. §. præterea, ibi, grandem iacturam. §. denig. ibi, grauiter deliquerit, Curt. iun. d. p. 4. n. 44. Zaf. p. 10. n. 54. Schrad. p. 9. c. 6. num. 69. Vult. d. cap. n. 39. [Struv. c. 15. th. 5.] Quæ autem insignis vel modica sit deterioratio, declarat Menoch. 2. de arb. iud. quest. cent. 1. cap. 78. Quid si feendum sit emptum, an & tum amittitur? Omnino, 2.F.8. §. econtrario autem. Dissent. Crauett. 1. consil. 6. n. 109.

d) Puta arcibus, castris, vicis aut ciuitatibus. 2.F.6. vers. tutum & vers. utile, t. 7. vers. & si contigerit, iuncto tit. 21. 1. F.

e) arg. l. si parietem, 8. l quidam Hiberus, 13. de serv. præd. vrb. Dissent. Schrad. p. 9. c. 3. n. 4.

VII.

Culpa aduersus extraneum committitur, veluti si va-

Oo

fallus

fallus parricidium fratri suo aut filio eius inferat *a*, conuassallum tradat *b*, maiestatis crimen incurrat *c*, quibus addi potest nimia in subditos sœ uitia *d*, & incestus *e*, non etiam quodvis aliud stuprum *f*.

a) 2.F.24. vers. denig., vers. si vero non in Dominum, tit.37.pr. Quod extendimus ad omne aliud parricidium. Curt. iun. part.4.n.39. Cuiac. ad tit. 2.lib.1.F. Schrad. par.9. cap.3. n.25. Rosenth. d. cap.10. concl. 65. Vult. d. cap.11. n.34. [Struv. c.15. b.10.n.1. Carpzov. Disp. feud.9. th.25. Sed rectius dissentit Ludw. p.367. Idque ad solum parricidium fratri, vel eius filio eo fine illatum, vt quis succedat in feudo, restringit. Nam sic re vera est delictum circa feudum commissum. Cum & textus 2.F.24. de hoc tantum casu agat. Accedit, quod nec ob intersectionem fratris domini, vasallus feudum amittat 2.F.37.pr. Finckelth. D.10. th.14.] licet ope consilio vulg. iur. vide th.5. lit.b. licet euentus non sit secutus propter impedimentum, l. sciente, 7. ad l. Pomp. de parr. Schrad. d. cap.3.num.30. Idem est si conscientiam sit, cædis fraternæ, neque reuelet. l. 2. 6, ad L. Pompei. de Parricid. Schrad. d. c.3. n.33. Quid si patrem suum spiritualem quis occidat, an idem dicendum? Nego, vide Schrad. d. c.3. n.25. Rittersh. d. c.5. n.114. Quid si non quidem occidat, sed dolo captiuum detineat, aut carceri mancipandam tradat, aliquam ex prædictis personis? Idem dicendum tradunt Dd. communiter, Curt. iun. p. 4. n.39. Schrad. d. c.3. n.39. Rosenth. d. c.10. concl. 65. Quid si fiat αὐτόχει, an & tum feudo cadet? Nego cum Vult. d. c. n.34. quem vide.

b) 2.F.37. vbi homo conuassallum significat, vt ostendit Hotoman. disput. feud. c.24. [Struv. d.l. n.2. vbi vocem tradere recte per prodere explicat, ideo quod & hodie Italis proditor vocetur traditore.] An autem hoc ad quemuis hominem trahendum sit, variant Interpp. Nos negantium partes tuemur, contra Schrad. p.9.c.3. n.64. Borcholt. d. c.8. n.125. Rosenth. d. c. 10. conclus. 62.

c) Bl. ad §.callidis, tit.55. 2.F. vide Schrad. d. c. 8. num. 18. & tradunt Dd. communiter ad L. quicquis, C. ad L. Iul. Maiest. [Itterus c.24. §§.]

d) 2.F.27. §.quicunque aduosatiam ibi, beneficium inornate tractaverit, vide Rosenth. d.c.10. concl.15.l.a. Schrad. d. c.3. num.59. Mynsing. cent.5. observ.8. Gail. lib.1. de pac. publ. c.2.n.22.

e) Schrad. d.c.3. num.1. Wesemb. c.15. n.5. in f. Borcholt. d. cap.8. n.105. Rosenth. c.10. concl.37. Cuiac. ad t.2F.1. Rittershus. d.c.5. n.120. & 122. conf. tit.37. & 56. 2.F. Dissent. Curt. iun. p.4. n.40. Boc. d. disp.17. class. 4. num.105. [Struv. d.l. n.3. Diff. Ludw. p.369.]

f) Ro-

f) Rosenth. d.c.10.ioncl. 67. cum alleg. Vult. d.c. II. num.36.

II X.

Omittendo in culpa est vasallus, veluti si seruitia debita nolit præstare *a*, Dominum in acie deserat *b*, grandem illi iacturam imminere sciens non indicet aut auertat *c*, aliquo modo in angustiis constitutum pro posse non iuuet *d*, item si in annui canonis præstatione dolo malo per triennium cesseret *e*, aut intra legitimum tempus inuestituræ renouationem non petat *f*.

a) Quæ causa iustissima est cum cessante officio cessare etiam debeat beneficium, 2.F.24. § sed non est alia. [Modo seruitia exacta 2.F.21. Nisi iustum causam excusandi habeat vasallus. Kohl de Seruit.feud.p.vlt.n.68.]

b) 1.F.5.princ.tit.21. §.vlt. 2.F. 24. item qui dominum suum, & tit.57. nisi vel iam cæsus sit dominus, vel ad mortem vulneratus. [Nisi exercitus domini adhuc pugnet quem nec mortuo domino deserere debet vid. Dn. Paren in Disp. de Vasallo desertore c.2.n.119. seq. quæ extat in vol III.dispp.] Quid autem si vasallus putet dominum vulneratum mortifere, cum tamen omnino vulneratus non sit, vel non lethaliter? Magis est ut feudo non privetur, modo per verisimiles coniecturas probabile sit eum existimasse, Sonsbec. p.12.n.13. Alioquin idem dicimus etiamsi nondum præsenti periculo expositum dominum relinquat, Sonsbec. d.p.12.n.10. Dissent. Dd. coniunctus ad t.24. §.item qui Dominum, 2.F. idemque si pœnitentia ductus statim reuertatur in aciem, Laudens. ad t.5.lib.1.F. Curt. iun. p.4. n.12. Sonsb. p.11. n. 12. Diss. Rosenth. c.10.concl.13. Schrad. p.6. c.6.n.87. vbi plur. vide. Quid si dominum iniustum bellum mouentem primo quidem iuuet, post autem pœnitentia ductus deserat? Retinere eum feudum putamus, Rosenth. d.cap.10. conclus.13. Schrad. d.p.6. c.6. num. 87. Vultei. d. c. II. num. 19. At quid iuris si duo fratres possideant feudum commune, alter autem dominum deserat, alter vero persistat, num sublevabit desertorem fratrī persistentia a feudi priuatione? Nequaquam. Sonsbec. d.p.12.n.13. Borcholt. d.c.8. n.87. Vultei. d.cap.II. num. 19. vbi vide dissent. Intellige hæc omnia ut procedant, licet fuga illa aut desertio domino non noceat, l.3. §. in bello qui rem, de re militari. Limita prædicta. I. Si inutilis factus ad defensionem aufugit, puta brachiis abscisis, Rosenth. d.c.10.conclus.10. Vultei. d.cap. num. 19. II. Si in humana hostium crudelitate territus id fecerit, Schrad. p. 6. cap. 6. num. 83. Rosenth. d.c.10.concl.14. Vult. d. num. 19.

Oo 2

c) 2.F.

c) 2.F.41. §. præterea si vasallus, tit. 6. vers. vtile iuncto vers. & si contigerit.

d) Puta si captiuum eum non redimat, Schrad. p.9. cap. 8. num. 8. Borcholt. d.c. 8. num. 14. Vultei. d.c. II. n. 48. aut inopem pro feudi qualitate non alat. vide omnino Schrad. d. p.9. c. 8. n. 12. & 13. item si iustitiam ei facere negligat, Rosenth. d. c. 5. n. 63.

e) Sonsbec. d. p.12. num. 64. cum seqq. Dissent. commun. Dd. Iul. Clar. in §. fendum, quest. 51. Schrader. p.9. c. 6. num. 75. cum seqq. & c. 8. num. 20. Rosenth. d. c. 10. concl. 19.

f) 1.F.22. 2.F.24. pr. tit. 40. § vlt. tit. 52. §. vlt. tit. 55. §. præterea. Vultei. d. c. II. num. 23. cum alleg. Sed an vasallus elapso hoc inuestituræ petendæ tempore moram purgare poterit? Negatiuam tuemur. Matth. de Afflict. decis. 714. Clar. § emphyteufis, quest. 8. n. pvt. Connan. 7. comment. c. 13. num. 9. Diss. Ros. c. 6. con. 107. cum communi Dd. schola, quæ senrentia æqua est.

IX.

Citra culpam feudum amittitur, veluti interitu rei feudalis *a*, lapsu temporis *b*, refutatione *c*, voluntate domini *d*, clericatu *e*, morte *f*, & aliis modis.

a) Quia est ususfructus quidam, 2.F.23. §. vlt. vers. ususfructus. § 1. & vlt. inst. de usfr. l. pen. C. de usfruct. sic & emphyteufis tollitur sublatio corpore, l. 1. C. de iur. emph. vide Vultei. d.c. n. 5. [Struv. c. 1. th. 4.]

b) 1.F. 2. pr. [Si sc. certa conuentione tempus adiectum [Struv. dict. l. thes. 6.]

c) 2.F.9. §. 1. & 39. iunct. tit. 49. [Quousque refutatio in feudis Imp. valeat vide ap. Itter. c. 22, §. 9. seq.]

d) quod verum est saltem in feudo guardiæ & gaſtaldiæ, 1.F.2. & II.

e) 2.F.21. §. 26. §. qui clericus, 30. & 36. [Struv. d.l. th. 7.]

f) nullis relictis successoribus, 1.F.5. §. rursus, tit. 13. § & scilicet *clientulus*. 2. F.9. §. 1. vers. sicut autem tit. 12. & 18.

g) puta defectu virium, ita ut officiis inhabilis redditus sit, 1. F.6. 2. F. 36. vbi Hottom. cessione bonorum, Br. & alii ad l. 15. §. si de rectigal. de danno infect. Schrad. d. p.9. c. 10. num. 4. euictione, Schrad. d. loc. item præscriptione, Vultei. d.c. n. 9. late Gœdd. in d. manuſcripcō tract. d. c. 9. concl. 5.

X.

Expositis ad hunc modum feudi amittendi causis, coroniſis loco despiciemus: An ipſo iure amittatur? *a* tum etiam

etiam, num vasallus, qui sua culpa feudum amisit, & restitutus est, facta ei gratia a Principe, bona quoque feudalia recuperet? b) Et denique, an dominus feudum ad se reuersum, si conferre in alium velit, consanguineis potius prioris vasalli, intra annum re integra illud potentibus, quam extraneis concedere debeat? e) Negamus.

a) arg. tit. 21. in princ. lib. 1. F. Schrad. part. 2. part. 9. princ. Rosenth. c. 10. conclus. 108. Vult. lib. 1. Feud. d. c. 11. num. 59. Marquard. Freher. ad const. Car. III. Imperat. de feudis, in verb. priuetur. Rittershus. 2. part. F. c. 6. num. 15. & seqq. vbi vide exceptiones. [Struv. c. 15. th. 11. Mauritius Dec. 14. pos. feud. 8. Quid in feudis imperii obtineat, tradit Itterus c. 24. §. 7. Ob illicitam autem alienationem, feudum ipso iure ad dominum reuertitur Struv. d. th. num. 8.] Et hanc sententiam pulchre illustrat Güntherus libr. II. Ligurini, his versibus:


Roncaliam properat rapidis attingere castris,
Hic quoties claram regnator tendit ad urbem
Teutonus, Ausoniam sumpturus rite coronam,
Ponere castra solet. Ligno suspenditur alte
Erecto clypeus. Tunc praeco regius omnes
Conuocat a Dominis feudalia iura tenentes.
Excubias Regi prima celebrare fideles
Nocte vetustorum debent e more parentum,
At quicunque domi Domino nolente relictus
Defuerit, feudo PRIVARI CURIA censet.

Dissent. Bocer. d. disp. 17. thesi 37. cuius argumenta refellit Rittershus. d. l. Sed an culpa aliqua ex praedictis admissa a vasallo, saltem declarare necessum habebit dominus, quod feudum in commissum cecidisse velit? Negamus per ea quae iam dicta sunt. Diff. Dd. plerique, quos refert & sequitur Schrader. tract. feud. part. 2. partis nonae principalis, sect. 9. num. 1. & 5. [Sequitur etiam Struv. d. cap. th. 12. num. 3. Quae sententia & nobis placet.]

b) Nam si simplici indulgentia vtatur erga condemnatum, tunc poenam tantum remisisse Princeps censetur, l. generaliter. 7. C. de sent. pass. l. vlt. C. de general. abolit. l. 2. ibi, sine graui alterius partis dispensiq. l. rescri-

pta, 7. ibi, nisi forte sit aliquid quod non laedat alium, & profit petenti, C. de
prec. imper. offer. l. 2. §. merito. l. si quis a Principe ff. ne quid in loco public.
l. nec auus, 4. C. de emancipat. liber. cap. quamuis, de rescript. in 6. Andr.
Gail. l. 2. de pace publ. c. 19. num. 4. 9. & 11. Dissent. vide apud Schonerum
l. l. disp. feud. disp. vlt. th. 71. Confer supra th. 1. lit. a.

c) per text. in tit. 24. vers. si autem Dominus. lib. 1. F. 2. F. 54. in fin. &
55. §. callidis, ibi, & ad Dominum libere reuertatur, Andr. Gail. 2. obs. pract.
148. num. 3. vers. sed verior opinio est. Dissent. Mynsing. cent. 5. observ. 16. &
cent. 6. obs. 79. vide Schoner. disp. vlt. th. vlt.



DISPV-

Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk

f

56.



WDM





TONII, IC.
ALIS XI

MO.
DVM
VR,

re Publico,
s Dn. de RHEZ
ERICIANA,

TRYKIO
Ordinario,
C XCIX
submittit
S Kanter,

CAE,
TLERI, AC. TYP.

1698 pl. m